

# Liber. III.

se naturę coordinatione: sicutq; adinuicē incōmū  
nicantes & equiuocī: contingit peccatū vni⁹ ne  
quaq; humano more) ortū esse aut pepēdit ex  
peccato alterius: sed quemlibet perse, sui peccati  
extitisse causam. Cōmuniſ tñ theologorum op̄i  
nō: vult esse aliquē p̄imū totius apostasię ducē.  
cuius infelicitē in dei rebellionē, perdita aliorum  
cohors sequuta: sit pariter cum eo præcipitata.

99 Quod est p̄imū vniuersi malum ex  
quo omne aliud malū pepēdit?  
P̄imū vniuersi malū: est id quod in mente p̄imū  
apostasię ducis sponte efferuit. Id enī illico ser-  
psit in mētes eorum angelorum: qui ex bonis an-  
geliſ demones euaserunt. Hoc p̄imum mali ger-  
men: initium est totius secessionis a deo: q̄ ex an-  
gelicō genere: in humanum vscq; genus processit.  
Etenī natura: nulli⁹ est mali causa: vt pote quod  
ex solius voluntatis libertate pepēdit.

100 An sit aliqua substantia naturae serie  
& creationis ordine mala?

Sicut deus bonus est: ita oīs dei creatura & sub-  
stantia, naturali creatiōis ordine ab illo profecta:  
haud potest nō esse bona. Nullum quippe malū  
(vt in p̄ecedente diximus) ortum est a deo, aut  
a natura: sed a sola voluntate: q̄ sese vltro sponte  
ac libere a deo sequestrauit. Nam & dæmonum  
substantia & materia (q̄ forsan mala quædā esse  
videant) natura bonę sunt: dæmonum tñ substā-  
tia: voluntarie a deo & sumnio bono, effecta est  
aliena. Materia vero ideo mala putat: quia a sum-  
mo bono, semotissima est: & extremū summi en-  
tis vestigii.

Theologicarum questionū secū-  
di libri Finis Anno domi-  
ni: 1512; 21 decem-  
bris,

# Fo. X.III.

THEOLOGICARVM QVESTIO  
num Liber tertius.  
De creatione materię & vniuersi.



Vid post āgelos  
creauit deus?  
Materię: q̄ est p̄imā  
cōsistētia oīm sensi-  
biliū: & eorū entiū q̄  
singlaria & pmuta-  
bilia sunt: substatię  
initiū. Hanc vniuer-  
sorū vmbra, hāc vni-  
uersalē porētiā &

Hylen pleriq; vocauere: q̄ ē naturale substernit  
lum ac fulcimentum eorum substatialium actua-  
um: quos lunaris cœli ambitus cōprehendit.

2. An materia sit p̄imis & antiquissimis  
angelis coęua?

Nō ex pte p̄incipiū. Nā p̄ precedētē: ip̄a post an-  
gelos creata. Si autē ex pte p̄incipiū, esset angelis  
coęua, hoc ē ēque antiq; cū angelis creata fuisset.  
At inter angelorū creationē & ortum materię:  
non nihil temporis interhyauit.

3. Quot modis contingit angelos abiū-  
ctos esse a materia?

Duobus. s. tpe & gradu. Tpe quidē: q̄a an̄ materię  
am faci & creati sunt: fuctūrū: aliquā i esse: q̄i nō  
dū erat materię. Gradu vero & subsistēdi modo  
quia puri actus sunt & simplices atq; īpmixti  
spūs, nequaq; materiali indigentes fulcimēto: fe-  
rūt em̄ seip̄os: nec in materię gremio recipiunt.

4. Quo pacto sint nūc angelī coniuncti  
materię?

Solo tpe: nam nūc sunt angelī: quādo est & ma-  
teria: estq; p̄sentis q̄ui duratio & angelis & mate-  
riē communis. Sunt enī nūc angelī & materia  
coniuncti: quia in eodem quo durant. Gradu ve-  
ro & substantia: semp̄ abiunctū & abinuicē disso-  
ciati manent. Ex angelo quippe & materia: nulli  
us substatię īTEGRITAS, coalescere ac resultare p̄t.

5. An materia sit ppter angelos creata?  
Nequaq;. Nam puri illi actus: nihil habent cum  
materia cōe: nec cœlestia illa palacia nec sp̄iritualis  
a materiaq; penitus aliena, natura; materialem

# Questionum

illis mansionē deputāt. Si enim propter angelos, creata fuisset materies: debuisset utiq; aut an angelos, aut post illos exorti aut p̄creari. Cūcā q̄ peq̄ cūdā actū sunt necessaria: eundē actū p̄curtere & ante illū p̄emitti solēt.

6 Cur angeli nō sunt natī residere i materia?

Quia angeli perfecti sunt ab initio: & tā substantia q̄ scientia consummati, nullā habentes potentia aut naturalē aptitudinē: qua aliud quiddam fieri & adipisci natī sint. Purus igit̄ & perfect⁹ ab initio actus: nihil cū potentia, priuatione & impfectione omniū habere potest cōe: nec villo naturali vinculo illi sociari ac nubere posse cōuincit.

7 Quid est materia?

Inchoatio sensibilis vniuersi. Est enim vmbra prima ac pertenuis figura: p̄emissa an ornatū mundi: & p̄ecurtenis omnē sensibiliē actū: per quē complerū est mundi decor, ordo, discretio. Fecit enī deus per materiam: quod pictores solent. Hi enim in primis vmbratilē quandā confusamq; effigiē describunt: priusq; verorū & apparētiū colorum decorē adiiciat. Ita & deus vniuersum p̄escripsit in naturali vmbra & cōfusa quadam oīm effigie. Postea vero lucidorū actuum colores supinduxit totā materiam i mūdi decorē ornatūq; distribuēs.

8 An creauerit deus prius tenebras q̄ lucem?

Minime. Nam angeli sunt vt sp̄iritualis & intellecutualis lux, materia vero vt tenebre. Hęc aut̄ post illos emersit. Quare & lux tenebris facta ē a deo prior.

9 An materia sit ppter seipm̄ creatā?

Nequaq;. Nā imperfectū ens, ppter seipm̄ factū nō est: sed ob aliqd natura p̄estatiū. Si enī materia est primaria quedā & vmbratilis effigies mundi: nō pot̄ materia esse facta ppter seipm̄. Omne nā p̄ principiū, sū finis est initiū: idq; naturalē sū finē, tempore p̄ecurrūt.

10 Sī materia nec propter angelos: nec propter seipm̄ est facta: propter quid exorta est?

Propter mundū & omnem plenitudinē mundi. Etenī finis materię, haud quaq; in an: sed in poste

# Theologicarum

riore parte vestigādus. Quippe materia nec deo, nec angelis, nec sibi ipsi aliqd cōfert. sed soli mundo & actibus mundi sensibilis: qui in illi⁹ gremio condī, fulcī & residere natī.

11 An actus factus sit ante potentia?

Actus simpliciter: factus est ante potentia. Nam angelic⁹ actus, an̄ materia q̄ est potentia vniuerforū: actus vero secundum quid, hoc est sensibilis actus: posterior factus. Nam materia creata est inter actū simpliciter: & actum secundū quid. Intellectuale ē in actū, a sensibili dispartitur ac dirimit hoc antiquior, illo recentior.

12 An materia inter vtrūq; actū creata: & que se habeat ad vtrūq;?

Minime. Nā nō est facta propter intellectualē actū: nec sū in illo recipit finē. Est aut̄ facta propter actum sensibilem: cui vt naturali fini: iugiter nubit, heret, sociat. Ex materia enī & intellectuali actū: nihil fit vnu. Ex materia vero & sensibili actū: nod⁹ omnium sensibilium rerum cōpingitur.

13 An materia sit immortalis & cūterna?

Materia secundum principiū & exordium sū, dissidet ab angelo: posterior illo creata, at secundū finē pari quo in immortalitate & stabilitate substantiae illi exequatur nunq; desitura, nunq; extermínanda, aut annihilanda. Nam quę fluxui, successioni ac varietati sensibilium actuum subdenda est: hanc merito eandem, stabilē, fixam & immortalē esse oportuit.

14 Propter quid p̄cipue materia & creata est: & immortalitate donata?

Propter humanum actum. Hic enī & immortalē est: & sensibilium p̄stantissimus actū. Est & supremus finis materię cū quo materia (ex qua ē dē actū: speciosum natura domiciliū cōstruxit) nata est cālestis beatitudinē particeps fieri: & p̄ater naturam sūam in supercelestem aulam tolli.

15 Quot modis conceptus est a deo mundus?

Trib⁹: scilicet in mēte dluina, in angelis, in materia. Nā hęc tria: integritatē cōpletū & p̄fectio nē mundi antecessere. Concept⁹ fuit mundus in

mēre diuina, ab ēterno. Ab initio vero prīmī ēui & creationis toti auspicio: conceptus est in angel' Postremo vero proxima cōceptiōe, comīn ī materia cōceptus. Est enī materia semen mundi.

16 Quot sunt potētiae & pmissae mūdi? Tres: sicut in p̄cedēte dixim⁹. Nā diuina mens est prima & ēterna mundi potentia ac simplicis sima illius p̄cognitio. Angel⁹ vero, secunda potentia & pmissa mūdi: q̄ p̄mittit debuit, anteq̄ mūd⁹ fieret: tanq̄ extiūsecū quoddā diuinæ mētis speculū. Materia vero suprema est & proxima mūdi cōceptio: ex qua illico perfect⁹ est mūdus.

17 An mediantibus & cōcreantibus angelis: creauerit deus materiam & mundum?

Nequaq̄. Nam creationis actus soli deo p̄pri⁹ ē: nec vlli creature cōmunis esse pōt. Angelī creati sunt a deo. Materia quoq̄ & omnis reliqua cōtura, spectans ad vniuersi decorē: a solo deo cōtra est & ex nihilo p̄ducta. Etenī diuina cunctorū opifex mens, omne substantiā vniuersi & angelo rum: p̄ se, absolute, in circumscripte & absq̄ instrumento produxit.

18 Si angelī deo materiā & mundum nequaq̄ concrearunt: cur illi ante materiā & mundū producti sunt?

Volens p̄ctor imaginem suā, in materiali aliquo subiecto p̄ingere: q̄q̄ illius forte ideam & verissimū exemplar in mente habeat: vult nihilominus illam in exteriore astante speculo intueri & speculari p̄sente, vt ad illius instar: cōmodius quod cupit p̄ficiat. Ita & diuina mens, q̄q̄ mūdi ideā intra se ab ēterno p̄cūderit: voluit tñ & illā in exteriore speculo vt in angelo p̄sentē habere: vt in illius speculacione, perficeret vniuersum.

19 Quomodo se habet angelus ad diuinam mentem: in creatione vniuersorū? Sicut imago in speculo, astant p̄ctor. Habet enim p̄ctor alia sui imaginē ēi mēte, alia cernit videntq̄ e regiōe sui in speculo, alia deniq̄ in hui⁹ speculacione, in papirō, vel alia quauis materia describit ac pingit. Et haec tres imagines licet subiect odiueſe ſint: ſit tñ eiusde rei vt p̄ctoris imago.

20 Quo pacto in diuinis p̄sonis se habet filius ad patrē in creatione mundi?

In creatione omnīū: filius ad patrē se habet, ſicut imago q̄ est in mente p̄ctoris ad p̄ctorē. Nā fili⁹ est prīmū & ēternū ſpeculū patrī: in quo ut conſubstantiali conceptu: pater & p̄cūdīt & concepit vniuersa. Et is ēternus mundi cōceptus patrī conſubstantialis: ip̄i quoq̄ patrī concreauit vniuersa.

21 Quo deniq̄ modo se habet mund⁹ ad diuinā mentē?

Sicut tertia p̄ctoris imago: quā in papyro aut tabula aut quauis materia p̄ctor describit. Mentalē enī p̄ctoris imago est vt fili⁹ dei. Ea vero q̄ iacet in ſpeculo vt angelī. Quā aut̄ describitur in materia, velut mūdus: diuina enī mens in contemplatione conſubstantialis ſui conceptus: cōtrahit exteriorem mūdi conceptū hoc est angelos: in quo rū etiā ſpeculatione, perfecit mundū.

22 Quo argumento angelī mūdum deo nequaq̄ concreasse conuincuntur?

Argumento ſecundū imaginis p̄ctoris: ei⁹ inq̄ q̄ ē in ſpeculo. Nā etiā p̄ctor tertia imaginē profert in ſpeculatione & contuit ſecundā imaginis: nihil tñ hāc ſecundā imago, p̄ctori cooperatur neq̄ propterea vlo pacto dicenda est tertia imago, opus esse ſecundū imaginis. Sic ſit & angelī nequaq̄ mundū deo cōcreasse arguunt.

23 An potuerit deus creare mūdū absq̄ p̄cūdīt angelis?

Sicut p̄ctor ad instar eius imaginis quā in mente ſeruat: absq̄ medio eius quā est in ſpeculo, p̄ducere tertia imaginem potest: ita & diuina mēs in ſpeculatione internae & conſubstantialis ſuā notionis, absq̄ vlla angelorum p̄ſentia: potuit procreare mundum. Voluit tamen diuina ordinatissima mens: congruo ordine, a prima ſuā imagine, per ſecundam, in tertiam vſq̄ deuoluī. Illam ante hanc non tamē ut concretricē p̄mittens.

24 Quae ſunt obiecta diuinę mētis in creatione mundi?

Duo ſunt. scilicet obiectū cōſubstantialē & obiectū in cōſubstantialē. hoc ē, angelicū gen⁹: illud vero diuinū

# VX. Questionum

verbū. filius dei est in creatū mundi exēplar: simile  
(vt diximus) huic imaginī, quē ē in mēre pīctōris. Angeli vero sunt vt creatū mundi exēplar extra diuinā mentē: persimile ei imaginī, quā pīctor in speculo cōspicat: vt cōsimilem imaginem in materia perficiat. Prīmū: est obiectū necessariū. Secundū vero contingens. Prīmū cōcreat patrī, secundū nequaq.

**25** Cur iterum angelī: sunt ab initio perfecti: vt esse simplex?

Quia sunt vt exterum dei oblectū: in quo pīspeculatus est extra seipm̄ deus; quicquid postea in opere vniuersi erat facturus. Sunt enī angelī: vt imago, astans vultū pīctoris in speculo; quē simul atq; a vultū pcessit pīctoris: excepta in speculo, tota repente perfecta & integra iudicat.

**26** Quo argumēto angelī creati in instāti: mundus vero sensim creatus & perfectus fuisse dīnosci queant?

Argumento secundā & tertīe imaginis. Nam secunda pīctoris imago, quē eidē in speculo fistis & pīsentatis: repente in speculo exorit estq; ab initio tota, integra, perfecta, nihil aliud fieri nata. Tertia vero imago: q; ad illi<sup>9</sup> instar, in papīro aut tabula aut qualibet materia, manib<sup>9</sup> pīctoris exarat: diuidue, varie, perq; multipharia lineamenta in tpe perficit. Angelī igit̄ vt secūda imago, repente: Mundus vero vt tertia imago, sensim a deo perfecti sunt.

**27** Quo pacto rursus angelī: simpliciores esse mundo dīnoscatūr?

Per id: q; secunda imago simpliciore, puriore & pītore actū pcedit a vultū pīctoris, q; tertia: q; est opus pīctoris, manuale & penit<sup>9</sup> extremū. Sunt enī angelī vt opus diuinū vultus: diuinęq; mētis secūda quidem simpliciter, sed pīma creata imago. Mūdus aut̄ est opus dei manuale & suprema dei imago: sensim atq; diuidue in materia exarata, descripta, pducta. Qd enī manib<sup>9</sup> fit: pñixti & cōpositi<sup>9</sup> est, eo qd simpliciverbo, voce aut vultu profertur.

**28** Qualiter processit deus in creatione omnium?

Bifariā. Primo a pfectis, ad imperfecta: deinde ab im-

# Theologicarum

perfectis, ad pfecta. Nā a seipso angelū, vsq; ad materiā: pcessit a pfectis ad imperfecta. A materia vero vsq; ad hominem: ab imperfectis ad perfecta. Et enim deus, p̄stantior est angelis. Angelī quoq; materiā dignitate p̄cēclūt. Materiā vero vt omni sensibili actu subiacere nata: cūctis inferior & imperfectior reperit.

**29** An ordo creationis omniū sit ascēsus vel potius descēsus?

Est vterq;. Nam ab angelo ad materiā, descēsus, a materia vero ad hominē vsq; ascēsus. Angelī quippe apex est & summa, diuinū tortus opis. Homo vero culmē est materialiū actuū: quorum substerūculū & extrema subsidēria, moles ē materiē. Processit igit̄ deus descēdens a summo ad imū: deinde ab imo scādēs resiliit in mediū.

**30** An tota materia creata sit diuidue & in tempore?

Minime. sed tota exorta est & facta in instati. Habet enī parē angelis ortū: tota facta ab initio & tota in eū permanstra. Sicut enī nullus angelī post aliū emersit. Sicut nullus de nouo pcreatur sicut nullus vñq; interibit: ita & materiē nulla p̄ est altera parte origie posterior: nulla de nouo emersit, nulla vñq; in nihilū conueretur. Nempe & angelorū & partiū materiē: fixus est & immutabilis numerus, q; neq; maior vñq; neq; minor fiat.

**31** An materia sit creata pura: hoc est vt potentia simplex omni actu spoliata?

Neqq;: sed simplicissimi & abiectissimi actuū, ut elemētariae formē: a natura illi inditē & cōcreatae sunt. Nā nihil creauit de<sup>9</sup> ociosum, inane aut vacui. Atqui materia absq; oī actu: ociosa esse conuincitur. Non est igit̄ creata materia pura: & ab omni actu separata.

**32** Per quid angelorū & materiē creatio subitelligi potest a Moysē in ope septē dierum signata & expressa?

Per prima verba: scilicet In pīncipio creauit de<sup>9</sup> cælum & terram. Nam & si per cælū & terrā: ad litterā intelligendi sunt orbes cælestes & elemēta mūdi: in analogia tñ cæli & terre, sunt angelī & materia subintelligēdi. Idcirco enim & cælū pī<sup>9</sup> terra vero postea exprimit: vt ostendat cælorum

# Liber. III.

& angelorū creationē materiē & terē creationē aī cessisse. Et sicut ca lū natura angelis subest: ita & palā est terram, omni sensibili ornatui subiacere.

33 Cur Mosaicus sermo de creatiōe mū dī inchoat a cælo & terra: cum nequaq̄ hēc sint diuini operis primordia?

Quia coelū & terra, sunt extrema corpora visibil' totius mūdi. Etenī ca lū est vt corporei visibilisq; mundi aēt? itera vero vt potētia citudē. Sub terra nullū corpus: supra itē ca lū nihil corporeū & visibile manet. Omne aut̄ quicqd visus mortalis ve oculus cernit: quicqd itē nō est exp̄ corporeā molis: nequaq̄ cæli & terre captum subterfugit. Nimirū igit̄ si ab extremis, sensibl' visibilisq; mūdi corporib?: Mosaicus sermo de mūdi creatione inchoauit.

34 Cur de inuisibilū vt angelorum & materiē creatione Moses nihil expresse locutus est?

Angeli vt incorporei & corporeē molis expertes: natura inuisibiles sunt. Materiā pariter vt huius modi, hoc est vt pura materia ve simplex: vt formis tā accidētariis q̄ substātialibus vacua: a mortali & corporeo oculo cerni negt. Hæc itaq; sunt inuisibilia cunctarū rerū extrema, ac diuini toti⁹ operis primordia: quorū Mosaicus sermo expressam mētiōnē nō fecit: ppter ea q̄ sub visibiliū vt cæli & terre expressiōe; ea signauit & palā subintelligi voluit.

35 An cælum: sit varie diuidue & successiue creatum?

Oīs orbis creat⁹ est tot⁹ simul. Nā in omnī orbe: est q̄ maxima partiū similitudo. Nullū q̄ppe inter eas, designari pōt discrimē: prioris aut posterioris. Sicut enī in circuferētia circuli, quodlibet punctū trina rōne diff̄ inī: scilicet princiō međio & fine: ita & in orbe, quicqd notaueris, trinā rationē habet: principiū scilicet medii & finis: nō igit̄ alicuius orbis & cæli: pars aliqua, creata ē pri or alia vero posterior: sed tot⁹ orbis factus simul,

36 An quattuor elemēta sint successiue procreata?

Aut quattuor elemēta, creata sūt in istāti: aut ab initio, duplex vacuum aliquādū in mūdo stetit.

# Fo. XVI.

Prīmū vacuū naturaliū formarū in materia: q̄ si ne forma elemēti, nullā aliā potuit habere formā Scdm vero vacuū, loci & inanis spaciū. Nā si in instantiō sunt creata elemēta: sublunaris cōcauītas, fuit nōnūq̄ vacua & elemēto nō plena.

37 Quē est regiō sensibl'is mundi & que eius plenitudo?

Sensibl'is mūdi regiō: est quicqd a cētro terrae ad concavū vſq; cæli lunę patet. Hāc enī totā regiō nō: elementorū quaternitas ſeplet. Quāobrē plerūq; elemētaris ab elementorū plenitudine appellat: q̄nūdē nulla fit ei⁹ pars, elemēto vacua.

38 An cæli omnes facti & creati sint in instanti eodem?

Quodlibet ca lū vt dixim⁹ factū est in instāti: ppter orbicularē figurā, q̄ ſucceſſionē, varietati & impfectioni aduersat. Q; aut̄ ca loru alii post alios facti sunt: aut q̄ oēs eodē inſtāti: nihil hacten⁹ definitū cōp̄io. Attamē manifestū ē, aut oēs ca los eodē instanti pfectos fuisse: aut tpe ſuccesſiuē perfectionis eorū: nequaq̄ vacuū & inane potuſſe excludi. Nā vno tantū pcreato: reliquorū ſpacia erant inania: Niſi forte dixeris infeiores celos factos esse ante ſupiores. Hoc enī mō effugies q̄dē vacuū. Sed ſicut ca lū creatū eft aī terrā & cætera elemēta: rationabile erit & ſupiores ca los, in ſcrioribus eſſe priores.

39 An cæli fuerint procreati ante quattuor elemēta?

Cæli: dignitate quattuor elemēta p̄cellūt. Si aut̄ tēllos tempore & creatiōis ordine, dixeris prioris eſſe elemētis: ſequetur par incommodiū, qd̄ in p̄cedente de vacuo infeſſe voluimus. Nam perfectis cælis & nondum ſubſiſtentibus elemētis: ſensibl'is mundi regiō erat elemētis & omni alio corpore vacua: quod ſi fateri nolueris: & quattuor elemēta, cælis ipliſ ſcenſitora eſſe inſcribitis: oportet.

40 An omnīs corporea mundi plenitudo tam cælorū q̄ quattuor elemētorum: ſit ſuccesſiue perfecta?

Si celos contēdis ante elemēta pfectos fuiffes: fateris ſensibl'is regionē aliquādū extitiffeyacuā,

# Questionum

Si vero elementa dicis celis esse antiquiora: & id quidem rationabile videtur; cum nequeant sine celis, subsistere elementa. Vt pote quorum natura in constellatione & multiformi influentia: regunt salvanturque. Aut igitur vacuum fuit aliquadiu in mundo: aut ortus est effectus, ante conseruan tem sui causam. Aut omnis corpore a mundi plenitudo tam celorum quam elementorum: eodem instanti accepit suam substantiam initium.

41 Si in ortu totius corpore mundi plenitudinis: tam celorum quam elementorum: nulla contigit temporaria successio: ubi nam aut in quibus: contingit successio mundi?

Haud temere diffinimus: eodem instanti & cœlos oes & quattuor elementa emersisse. sed haec aut simul facta: aut fuisse aliquadiu vacuum. In minoribus autem entibus, hoc est in plenitude regionis elementaria: contingit diuidua successio: ut in ortu & creatione eorum quae sunt, quae vivunt, quae sentiunt & quae ratione praedita sunt. Hac enim haudquaquam simul: sed diuidue emerse.

42 Quot sunt sensibiles actus: natū esse & residere in materia?

Quattuor. Substantia, vitalis, sensitiva, rationalis. Ad numerum quippe quattuor elementorum seu maiorum sensibilis mundi entium: minora entia (elementis saluari & conseruari nata) distingua cernuntur. Sicut enim sensibile mundi quatuor elementa replent: ita & ab his quattuor actibus, materia potentia: quicquid fieri potest evadir.

43 An sit materia supra rationem seu humana actus quicquam cosequuntur nata?

Nequaquam. Nam humanus actus, supremus materia finis est: quo adepto: materia nihil amplius aut fieri expostulat, aut consequi potest. Haud enim nata est angelicum actum habere: qui sicut extra materiam factus: ita & natus est perpetuo extra materiam residere. Est enim actus liber: ferens fulcensque semetipsum.

44 An sit materia tantus hyatus tamenque potentia: quantus est angelicus actus? Summus supremusque creatorum actuum angelus.

# Theologicarum

licus est. Maxima quoque ac suprema potentia ea est: qua in dicta materie. Hec tamen est illo pauculo minor. Nam potentia hyatusque materie, exatatur humano actu: qui angelico paucillo inferior predicatur. Haud est igitur potentia priuatio & capacitas materie: angelico actu, sed humano pauculo inferiore, metienda. Etenim angelicū esse posse esse materie transcendit.

45 Vbi & quanta est universa moles materie?

Vniuersa moles materie: est in concauō coeli numero. Extra enim huiusmodi ambitum: neque in celo neque supra celum universa pars: nisi forte praeter naturę seriem reperitur. Est autem eius moles tanta: quanta & quattuor elementorum plenitudo atque distensio. Etenim elementarius actus: ut quantitas quedam est materie: extollens illam ac distendens, in totius sensibilis mundi replentia.

46 Quatque est omnis instinctus appetitus ve materie?

Quotquot sunt actus quos ipsa nata est habere. Illi autem sunt ut diximus quaterni, essentia, Vita, Sensus, Ratio. Tanta igitur nec plura: materia & fieri nata est & appetit esse. Est enim per omnia, fere & equalis materia elementorum quaterni tati. cum nec plura, nec pauciora habere possit: que in elementis visuntur.

47 An illum instinctum habeat materia ad angelicum actum?

Nullum. nam & ad impossibile & praeter naturam nullus illi est in dictus instinctus. Impossibile est autem, aut saltem praeter naturam: ut angelicus actus materia nubat atque societur. Præterea supra humanum actum: nullus vigeret instinctus materia. Haud appetit igitur materia, angelicum actum habere: quem consequi nequit.

48 Cum angelis sint priores materia: cur nonnulli circa veritatē aberrantes: dixerint materiam priusque angelos: esse deo coeteram?

Quia deus immensus actus est: angeli quoque quedam actus sunt: creati tamē & finiti. Materia autem actus non est: sed potentia quedam & passibilis substantia: nata subesse actibus & operatio-

# Liber. III.

# Fo. XVII.

nibus eorū. Si igit̄ egeret diuinus eternus actus, aliq̄ exteriore substātia sibi coēterna: esset illi materia plusq̄ aliud ullū ens necessaria. Magis em̄ eget actus potentia: q̄ actus actu: quadoquidē: cū oīs actus impassibilis sit: haud pōt vñus act⁹ alter⁹ act⁹ subiacere operatiōi. Erraerūt itaq; q̄ materia dixere deo coēternā. Rationabilius tñ locuti sūt: q̄ si āgelos illi coēternos astruxissent.

49 Quo pacto intelligendū sit: terrā ab initio fuisse inanem & vacuā: cum vacuū sit a mundo explodendum? Per terram inanem & vacuā: intellige totius sensibilis mundi spaciū: plentū quidem maiorib⁹ entibus: hoc est quattuor elementis: nōdū tñ minoribus hoc est mineralibus, vegetantibus, animalibus & hominibus plenum. Hoc em̄ pacto & mundi vacuū effugies: & sensibiliū creaturarū, variam ac successiūam originem: nequaq̄ te in = 54 ficial oportebit. Repentinus quippe quattuor clementorū ort⁹: mūdi vacuū ppndit abegisse.

50 Quid etiam est tenebras fuisse super faciem abyssi?

Nihili negatio: aliquo pacto immēsa & inexhaustibilis est. vt pote quae si non nunq̄ exhaūiretur: diuina quoq̄ potentia supremū suū actuū parturiret: quo vis ipsius exinanita fileret. Per tenebras 40 55 igit̄ super faciem abyssi: intellige potētiā & vmbriā materiæ: quā supextēdit de⁹ abysso nō entis: tanq̄ non enti vicinā: phibentē diuinū radiū decidere in abyssum. Nā irritus & infecundus est is radius qui conatur totā nihili abyssum ad esse perducere.

51 An nihili abyss⁹ creata sit an eterna? Nihili abyssus siue non entis immēsitas: creata non est. Nā nihil est. Hāc ergo qui dixerit eternā esse: dicit solum deū esse eternū. Qđ enim p̄ter deū eternū est, nihil est: id est pura nō entis assertio & entis negatio. Hāc autē abyssi facie ac superficie: cōregit, operit, velat, ingēs materiæ moles. vt super eam, incidētes diuinū radiū foecidiū: & varios sensibiliū actuū flores parturiāt. At vero hoc sentire est dicere materiā esse extremū enī vestigiū: finitimā nō enti ac nihilo.

52 An possit aliquid sensibiliū act⁹ recipi

in materia prima simplici: arida: pura? Per sensibilem actum: hic intellige actum perfectum vt mineralē, vegetatiū, sensitivū, rationalem. Materiā vero prima, simplex, arida & pura vocatur: vt est mera priuatio & vmbra, omni actu spoliata. Diximus autem hoc pacto materialiam (quippe ociosam) creatā nō esse. sed innatū illi & cōcreatū fuisse actuū elementi. Haud potest igit̄ aliquid perfectus sensibilis actus: nudæ et simplici materiæ inesse.

53 Quid est materia prima & qđ secunda? Materiā prima & materia secunda: sunt una materia numero: quē vt sola mente & intelligentia, omni actu prior effingit: vocatur prima. vt vero p̄ primos elementares actus, ad secundorū actuū susceptionem natura preparata: secundē hoc est dispositiō materiae nomen haberet.

Quid intelligēdū per id qđ spiritus domini ferebatur super aquas? Per spiritu domini: intellige (vt multis placuit) efficiētem omnī causam: seu diuinū intellectū, cuncta discernentem: & e confuso materiæ chao, p̄ medias eius dispositiones: congrue aquis respōdetes, singula in suos actus & p̄prietates vendicātē. Nā obruta aquis materia, id est naturalib⁹ dispositionib⁹ impregnata: a diuino demum intellectū, omnī sensibilium actuū discretionē ornatumq̄ suscepit.

Quę sunt aquę illę super quas: spiri⁹ domini ab initio ferebatur? Terra materia prima est. Aquę vero medie, inter terrā & spiritu domini: sunt naturales dispositio[n]es materiæ, qđ affecta & irrata transit in materia secundā: materia prima vberiorē. Nō enim dixit: spūs domini ferebat super terrā, id est super materiā primā, nudā, aridā, infecundā: sed super aquas: hoc est sup̄ materiā secundā, aquarū seu elementorū alliūtione impregnata. Est em̄ p̄priū efficientis cause: in apto disposito & p̄parato subiecto: non nihil operari.

An per id quod dictum est fiat lux: sit angelorum creatio intelligenda? Si hęc lux, creata est post cælū & terrā (vt littera textus indicat) nō video quo pacto id dictū fiat

C

# Questionum

Lux: angelorum creatioi alludat. Sunt enim angelorum pri-  
mordia omnis creature celo & terra priores. Si autem  
lucem ante ola creatam esse dixeris: rationabile est per  
lucem angelorum creationem explicari.

57 Silux: angelii sunt: quid erunt oppositae  
luci tenebræ?

Si per angelos lumine sumis: ex opposito per tenebras  
intelligenda est materia. Erunt enim hoc pacto primor-  
dia omnis creaturæ: lux & tenebrae id est angelus &  
materia, purusque actus & universalis potentia. Nam  
subiungit in Ista: diuisitque lucem a tenebris: id est se-  
paravit angelos a materia, quoniam natura est: nul-  
lum cum materia habere commercium,

58 Quæ ratio nos p[ro]be instruit merito sex  
diebus: cuncta a deo fuisse perfecta?

Ratio & circuli & spherae. Circuli quidem: quia enim semi-  
dyameter, senarius numero tota enim circulerentia per-  
currit: spherae vero: quia & tota universitasque spherae  
ambit circa centrū idem, sex proportionum differentiæ cōgrue dispa-  
titur: scilicet sūsum, deorsum, dextrum, sinistrum ante & post. Haec  
enim differentiæ, sicut velut quidam diuisit  
monadis in centro residens: ad extrema sue spherae  
voluntarie p[ro]fectiones, senis diebus absolute.

59 Vnde oritur senarius dierum: quibus  
omnia perfecit deus?

Ex numero diuisit trinitatis. Nam prius in diuisis p[ro]fo-  
nitis hunc senarii p[er]fectio numerorum primi, scrutati-  
sum & repertum: ex monade, dyade ac tryade co-  
stantem. quæ ter quoque triunum esse monstrauimus:  
trinum ut trigonum: triunum ut tertium trigo-  
num: triunum demum ut tres partes habentem.

60 Cū post sex dies: qua oīa a  
deo p[er]fecta fuere: i[n]ternū re-  
quieuerit deus: cur septimæ  
dies t[er]ps priorib[us] annuerat  
quasi ea sola requieuerit deus?  
Deus senis diebus, omnem mundi orna-  
cū p[er]fecit. Postea vero in eum reque-  
uit. Ab hoc tamen diuisit que-  
ritur. Septimæ dices eximis prioribusque diebus annumerat.  
ut p[er] id diuisit monadis in seipsum reciprocatio  
designet. Nam sex egredie diebus extra seipsum p[er]fecta;

# Theologicarum

septima demum die, in immobilem sui crepidinem  
est reuocata.

Quo pacto totius eternitatis linea: sit  
in nouem partes dispartienda?

Ab eterno ad creationem usque angelorum diuisit uita  
sola in seipso refedit. Ab initio vero creationis omnis:  
sex diebus illa extra se p[er]fecta dicitur. Septima autem die,  
receptu canes: reuersa est in seipsum. Quicquid por-  
to superest eternitat[er]: a septima die usque in eum: statim  
est diuisit monadis in seipso. Hoc pacto in nouem par-  
tes: tota distribuitur eternitas.

Quæ sufficiētia est septem dierum ex  
natura entium?

Entia simplia in septem dividuntur: in sex actus & mate-  
riā uanam. Nam duo sunt actus extra materiam: diuinus  
& angelicus. Quattuor vero quos natura mate-  
riæ sociauit essentia, uita, sensus, ratio. Nusquam enim  
plura cōperta habemus entia. Ab his igit[ur] septenis  
entibus: haud ab septem diebus sufficiētia sumenda.

Quæ unicuique diei respondeant entia?  
Angeli primi residet diei. Nam primi exorti sunt. Ma-  
teria secunda die ostendit. essentia ut tertia dies est.  
Vita quartæ diei p[er]petrat est habet. Quinta die sensus  
inuenit, Sexta ipsis humanæ ratio: quæ sexta die emet  
sunt. Septima vero diei sanctitudo: deo cōpatitur.

Cur insignes p[er]cipiuntur creaturas  
angelum hominemque deus ante omnia &  
post omnia procreauit?

Vt p[er]fectas creaturas: p[er]fectarū statu & immobi-  
litate cingeret & in esse coiceret: ut ve obsecras  
utrinque illustraret. Bina igit[ur] lumen geminalisq[ue]  
facies hinc angelum inde hominem: p[er]fecti creaturæ circumscri-  
bitur: procedens a luce p[er]gente per tenebras rediens in lumen.



65 Cur hominem qui finis est mundi: crea-  
uit deus postremum?

# Liber. III.

Quia sine mundo & inferiorib⁹ entibus nō poterat subsistere homo. Extruxit eñ prius, natura 69 lem hoīs mansionē: priusq⁹ hoīem introduceret in eandem. Preparauit illi oīa imprimis necessaria: Deinde illū ad preparatas mūdū delicias introduxit. Fabricauit hospitiū: priusq⁹ hospitē crearet.

66 Cū postremus emerserit homo: quo pacto primę creature: vt angelo vicinū obtinuit locum?

Quia creationis motus: nec simplex descēsus est nec simplex ascensus: sed ascensus & descensus. Primo quidē descēsus, a summo in simū: vt ab an gelo, ad materiā. Scđo vero ascensus ab īmo, ad 70 mediū: vt a materia ad vīq⁹ humānā rationem: quæ ideo angelico intellectu, euasit loco & gra du vicina.

67 Quę mathematica figura: sit diuīę creationis īdicio q̄ maxime apta?

Eptagonus: cuius apīcēm obtinuerit de⁹. Nam hic septē dierū interualla q̄aptissime distinguit. Ostendit īsuper hominēm q̄q̄ creaturarum su⁹ premā: esse aliquopacto angelo parem, equa cū illo vicinia ad deum se habentem.



68 An sex primis diebus: sit vniuersorū 73 creatio ex toto absoluta atq; perfecta? Absoluta est & perfecta secundū speciem: nō tam secundum omnia, omnium specierū singu laria. Nam quotidie sensibiles actus, noui a deo procreantur: qui speciant ad consummatiōnem & integratēm specierū, quæ assiduis gene

# Fo. XVIII.

rationib⁹ per sua singularia explicantur.

Cū nulla sensibilis species sit tota ab initio facta quopacto senis dieb⁹: dicitur perfecta esse oīm creatio secudū specie: Dicitur sex primis diebus perfecta oīm creatio se cūdū specie: haud quia sensibilis quilibet species fuerit tota ab initio p̄creata. Nam id proprium est dunataxat intellectualium & celestium specier̄: sed quia cuiuslibet sensibilis speciei: prima īdiuidua, in vītrop⁹ sexu: sex illis diebus perfecta sūt: vt primus homo, primus equus, leo primus, & ita de aliis speciebus.

Quot entia: sunt ab initio tota ītegra perfecta?

Tria: Deus Angelus Materiā. Nā deus pfectus est ab ēterno: per essentiam, per generationē, per pcessum: scilicet per esse patris, p generationem filii, & pcessum sp̄itussancti. Angelus vero pfectus est & totus ab initio creationis sue. Et eadem de materia dixeris.

Quot superant entia: nō perfecta ab initio: sed assidue perficienda?

Quattuor: scilicet actus substatiuus, vitalis, sensitiuus, rationalis. Nam horū actuum: īdies alii & alii ī esse procedunt & assidue fiunt. Eorum nempe īitia atq; primordia: simplici creatione emerserunt. Sequentia vero īdiuidua & eiusdem speciei singularia: quotidianis generationibus perficiuntur.

72 Quomodo se habet creatio ad generationem?

Sicut punctū ad lineam, vel instantis ad tempus: vel simplex ad compositum. Nā creatio in puncto fit: est enim repentina. Generatio vero fit in linea: vt pote quę temporaria est. Creatio simpliciū est: generatio vero compositoꝝ. Nam creatio perit actum & potentiam seorsum: Generatio vero copula est actus & potentia.

Quot sunt actus dantes & īpartientes esse?

Duo ī deo & duo extra deū. In deo sunt ḡnatio & spiratio. Nā ḡnatio, dat esse filio. Spiratio vero spūi scđo. Extra autē deū sunt creatio & genera tio. Creatio eñ aut integras species: aut imper

# Questionum Theologicarum

factarū specierum protulit primordia. Generatio vero sensibiles species sequentibus singularibus absolvit, haud plures sunt actus; qui substantiā largiantur.

74 An sicut tres primi substantiales actū sūt dei: ita & sensibilis generatio que<sup>78</sup> at ad deum referrī?

Tres primi actus substantiā impariētes dei sunt. Nam gignit deus, spirat deus, creat de<sup>9</sup>. Gignit deus dei: spirat deus deū. Creat deus nō deum: sed diuinū quiddā. At sensibilis generatio inē leganter ad deū refert. Improprie quippe gignit deus hominē: debet autē hēc generatio in omni specie: ad prima speciei indiuidua & singularia referri: vt hominū generatio ad Adam & Euam.

75 Quatenus sensibiles species: intellectuales cœlestesq; species imitātur?  
Per suorū indiuiduoꝝ primordia. Nā sicut intellectuales cœlestesq; species totē simul pducēt sūt: ita & sensibiliū specierū prima singularia reperiēt sunt facta. In cœlestibus & intelligibiliis: creatio protulit totū, integrū, perfectum. In sensibiliis vero, creatio sola protulit initia, Quapropter cœlestia & intellectualia, sunt generationis expertia. Hēc tamē generatio in sensibiliib<sup>9</sup> creationi annexa reperitur; id perficiēs, quod creatio liquit imperfectum.

76 An ortus sensibiliū actū: post primū actum suę speciei: sit generatio vel potius creatio?

Si species naturā p se secundoꝝ actū, q post primū suę speciei actū pducuntur: eorū origo haud generatio, sed creatio dicēda. Nā hī neq; a seip̄is neq; a primo suę speciei actu: sed a solo deo producuntur. Adam quippe non omniū aias hominū produxit: sed solus de<sup>9</sup> illas procreauit. Ut vero spectatur recta linea secundoꝝ actū, qua succedunt ab aliquo primo suę speciei actu: illi ab inū sicem & a primo gigni dicuntur.

77 Quid profert alterius id quod aliud gignit: an materiā an formā an neutrū? Id quod aliud sensibiliter gignit: eius nec materiā nec formā producit. Nā omnis materia creata est ab initio, forma vero quotidie a deo pcre-

atur. Quod igitur aliquid gignit: simpliciū netram eius partem profert, qd gignit. Est tamē id quod gignit: causa immediata, eius qd gignit: ut pote p quā & cuius actione: id quod gignit, accipit esse.

Quo pacto differt sensibilis genera-  
tio a creatione?

Creatio & natura & tēpore, prior est generatiōe. Perficit em generatio, que creatiōe inchoantur. Creatio simpliciū est & partū: generatio vero tonū & cōpositorū. Nā & actū & potentia, crea-  
tio profert: que generatiōe copulant. Creatio ex nihilo, educit entia. Generatio vero ex nihilo nō  
hil facit. Creatio dat esse simpliciter: entib<sup>9</sup> secū-  
dum quid: hoc est partib<sup>9</sup> totoriū entiū. Genera-  
tio vero dat esse secundū quid: entibus simplici-  
ter: id est totis atq; perfectis.

79 An omni actiōi q esse largitur: vt gna-  
tioni in diuinis spiratiōi: creatiōi: & sen-  
sibili generationi: aliquid aduersetur?  
Diuinis cōsubstatiālib<sup>9</sup> actionib<sup>9</sup> vt generatiōi  
& spiratiōi nihil aduersat. Nā hē nequaq; de nī  
hilo, esse impariūnt. Porro creationi q ex nihilo  
fit: aduersat annihilatio. Generationi vero q est  
orta ex nihilo copula partū: corruptio cōtraria  
reperiēt. Nā q gñatio counit: corruptio dissoluit.

80 An cunctorum animalium prima in  
indiuidua & singularia: sint aliunde: q e  
terra aut aqua procreata?

Minime. Nā etiā id expresse a factis eloquii dis-  
finitur: q cūctoꝝ aīantiū ortū: ad duo īferiora ele-  
menta terrā & aquā referre legunt. Est em limus  
terre: terrea qdā & aqua cōmixtio. Duo qippe ī-  
feriora elemēta, sicut apta sunt p creationi cūcto-  
rū animantiū: ita & aer & ignis apta sunt eorum  
saluti & cōseruatiōi. Sicut duo elemēta spectant  
ad aīaliū esse: ita & duo ad eorū bene esse.

Cur in humana specie deus virū pri-  
usq; mulierem produxit: & in omni quo  
q specie masculum ante fœminam?  
Sicut auspicat<sup>9</sup> est de<sup>9</sup> oīm creationem, ab actu  
ad potentia: vt ab angelo ad materiā: ita & in oī  
aīaliū specie, primo actū deinde potentia pduce  
re voluit. In omni qippe specie animaliū: masculus

# Liber. III.

actus est, sc̄emina vero potentia.

82 Cur mulierem haud ex immediato lismo terre: sed e viro produxit.

Vt maxime ostenderet, oia emula esse vnitatis: & ab uno tantū primo, sequentia exoritur. Nā vni tati obstat: duo esse eque prima. Etenim luna lumine quidē cernitur insignis: id tamen lumen, a sole totius lucis fonte capessit. Et filius in divinis patrī quidē equalis est: a patre tamē sumit initium. Ita & ab uno primo in diuiduo atq; singulare: & minime a duobus eque primis voluit de humanam enasci speciem.

83 Cum ex viro sūpta sit mulier cur deinceps ex mulieribus viri nascuntur?

Intellige in ortu humanæ speciei per virū & mulierē id contigisse: quod fieri videmus in eruditione animi: qui sectus est in actum & potētiā, hoc est in intellectū & memoriam. Nam ab initio, omnia capessit memoria ab intellectu: estq; nihil in memoria: nisi qd fuit, in priore intellectu. Postea vero intellectus omnia resumit a memoria quē impregnata ab intellectu: rursum e suis sc̄riis omnia illi profert. Ad hunc igitur modum: mulier primū, a viro pependit. Postea vero e sc̄riis humanæ potentiae siue mulieris viri renascuntur.

84 Cur ex latere viri & non ex alia eius parte: processit mulier?

Processus mulieris ex viro: qdā mot⁹ est a viro in mulierē tāq; ab actu in potētiā, ab intellectu in membrā. Hic igit̄ mot⁹: cōson⁹ euasit, motui vniuersi. Etenim mot⁹ vniuersi: nequaq; inter sursum & deorsum, vt inter polos: neq; ab āte, in post: vt a meridiē in aquilonē sed a dextro in sinistrū, vt ab ortu in occasum pcedit. Itaq; & hois minoris mūdimot⁹: maioris mūdi motui, respōdere docet.


85 Ex quo viri latere mulier pcessit: dextro vel sinistro?

Ex pcedēte manifestū ē quoniam e latere sinistro. Sicut em̄ occasus, sinistra pars est orientis: & motus abortu, i occasum: dicit fieri a dextro cœli, in

# Fo. XIX.

sinistrum cœli: ita & mulier, sinistra viri pars est: & e sinistro viri latere pfecta. Nā statue mulierē iuxta virū, in sinistra ei⁹ sedentē: ita vt mulierē dextra, sinistrā cōprehēdat viri: ex eo viri latere pcessit mulier, qd illi cernis esse attiguum. Hoc est em̄ latus sinistrum.

Cū motus fiat a dextro in sinistrū: mulier autem sit sinistrum viri: quo pacto non e dextro latere viri pcessit mulier? Vir simpliciter, cōparatur dextro; mulier autē



sinistro. Mulierem igitur processisse a viro: est sinistrū a dextro originem duxisse. Et quia in vtro q; est sumere utrumq; in quolibet, quodlibet: talis fit mot⁹, ab vtroq; vnius in vtrung; alterius: qualis ab uno vnius in vnu eiusdem. Sicut igitur in substantia soli⁹ viri: latus dextrū, prius est sinistro: & a dextro eiusdem, exoritur sinistrum eiusdem: ita & vtraq; mulieris p̄pendunt ab vtro q; viri. Inchoat em̄ motus a dextro viri, tanq; a primogenia differentia. Proceditq; per sinistrum viri in dextrum & sinistrum mulieris.

Quo p̄cipue argumēto: mulier e sinistra viri parte pfecta conuincitur? Finge prius mulierem i viro delitusse: & postea ex eius abditis emersisse. Quia mulier est vt sinistra viri pars: vtiq; sinistrū viri latus, adaperiā endū fuit: vt se ea parte, e viro foras protumperet mulier: quae congrua est sua proprietati, hoc est e parte sinistra. Si enim dixeris partē viri dextram egressioni mulieris patuisse: dico hunc motum, motui vniuersi cōtrarium esse: quippe a sinistro in dextrum.

88 Quid tulit deus e viro pro edificanda

# Questionum

mulieris substantia?

Tulit iuxta eloquium vna de costis eius: & edifica uit eam in mulierem. Hac autem costam, intellige sumptam atque abstractam a latere viri sinistro: et quo propter ea & sumpta & perfecta esse mulier pnum 92  
cias. Nam dextrum (ut diximus) differetia viri est. Si nstrum vero differentia & proprietas mulieris.

93 An ad eam costam quam sumpsit de ex viro: addiderit deus aliquid exterio ris substatię: ut limi terre vel alicuius alterius: per edificandum totius mulieris corpore? Costa siue ea pars Adę quam sumpsit deus est sumistro latere ipsius; licet mole & qualitate inferior fuerit totius mulieris corpore: dicimus tamen deum ex ea sola totius mulieris corpus perfectissimum: & nihil ad eam adiecisse, aut limi terre aut cuiusvis alterius substatię. Nam si huic coste, aut limi terra, aut quicunque aliud commiscisset: haud esset totum corporum originem ducens, ab Adę corpore: utpote quod aliquod equocum & alterius substatię contraxisset.

94 Cum Euę corpus equale in substantia fuerit corpori Adę: quo pacto id ex sola Adę costa absque exterioris substatię adiectione perfici potuit?

Qui ex partua admodum limi terre portione corporum Adę prius cōpigerat: is ex unica Adę costa Euę corpusculū cōpīgēre & perficere potuit: absque vlli exterioris ac diuersae substatię adiectione. Cuius enim benedictio: materiales quinque panes, nulla adiecta materiali substatię: in quinque milium hominum saturitatę, in deserto propagauit: huius quoque immensa virtus exiguā virilis corpusculi portione: in muliebre corporum adaugere & edificare potuit.

95 An post detractam a viro costam: corpus viri permanerit imperfectum? Nequaquam. Nam perfectio corporis viri: haud sicut alterius imperfectio. Perfectus deus ex viro mulierem: virum tamē nequaquam imperfectum aut diminutum liquit. Quod enim sumptum est ex viro: potuit immensa dei omnia propagantis, adaugari & multiplicari virtute: & remansisse in viro & in muliebre corporum modo coaluisse atque perfectissimum. Quemadmodum & ea quae superfuere fra-

# Theologicarum

gmenta, ex quinque panibus in deserto: ipsam primam quinque panum substantiam, longe superasse leguntur. Adde etiam (ut testatur eloquium) deus repleuisse carnem, per ea costa quam tulit.

Cur Adam dormiente orta est ex eo mulier?

Ob duas causas Adam dormiente, ex ipso processit mulier. Prima est ut ostenderetur patereturque sinistra lateris proprietas: ex quo mulier erat producenda. Nam qui sopore evictus iacet, ut plurimum dextro lateri incumbit: nudatusque sinistrum latus, dextrum cui iniuritur precludens. Secunda vero ut mulieris origo, non ipsius Adę: sed diuinus actus esse operatio proderetur: utpote quae nesciēt Adam: a diuino actu perfecta est. Nam si Adam vigilante atque inspectante ea operatio contigisset: potuisset utique ipsi Adę, imputari & eius actio nuncupari. Haud enim dicimus Adę genuisse Euam: sed deum illam ex Adę latere eduxisse.

96 Euę ex Adę latere origo: cuius est actio? Adę: an dei?

Hec manifesta est, ex secunda causa praecedentis. in qua docuimus Euę, ex latere Adę originem: posteriorius ad diuinum actum, quod ad Adę esse referendā. Sic cut enim Adę eam nequaquam preconcepit actionem: qua ex limo terre ipsummet originem duxit: ita & eam minime praeuidit, nec est eius author: qua ex ipso, sumpta est ac perfecta mulier. Vt ergo siquidem actio soli diuino actu merito est ascribenda.

Cuius speciem & similitudinem: in sua ipsius origine ex limo terre: exp̄lavit Adę: agentis vel patientis?

Nec agentis, nec patientis: sed solius finis. Nam agens & patiens extrema quædam sunt totius actionis: ipsam actionem tempore præcedentia, ut qui quem erudit, quique eruditur: ipsam eruditionem aliquo pacto tempore præcellunt: quod quidem doctor, prior est docente: & docēdus, eo qui actu docetur. Ita igitur & in origine Adę ex limo terre: Adę nec agens fuit, nec patiens: sed finalis utriusque: id est ipsum illatum ex actione. Non duni enim erat Adam, quando siebat: quare nec agebat quicquam, nec patiebatur.

# Liber. III.

95 Quomodo se habuit in origine Adæ limus terre ad deum?

Sicut cum dicimus omnia a deo facta esse ex nō hilo: id ipsum quod est nihil, ad deum seu diuinū actū, similitudinem quandam exprimit patiētis & materiei: ita quoties e limo terræ. Adam a deo procreatū fuisse assueramus: tum lucide limi terrenū ad deum, in origine Adæ se habere: ve lut materiā ad actū & patiens ad agens edocemus. Nam qui creauit Adam: deus. Ex quo creauit: limus terrenū. Quē creauit: Adam. Qui creauit: actus est. Ex quo creauit potentia. Quem creauit: finis.

96 Quo pacto in origine Euæ: se habet Adam ad deum?

Sicut in origine Adæ, se habet ad deum limus terrenū: ita & in ortu Euæ, ad eundem diuinū actū, se habuit Adæ persona. Quē admodū eīm Adæ creatio, haud est limi terrenū: sed diuinū actus operatio: ita & Euæ origo, nequaq; ipsius Adæ sed diuinū actus actione nuncupanda. Idem eīm diuinus actus & in limo terrenū & in Adam egit: vt ex illo, Adæ: Ex hoc vero Euæ prodiret.

97 In quo primum inchoauit humanarū generationum naturalis series?

A deo primū ex limo terrenū factus est adam. Deī de a deo ex Adæ latere: pducta est Euæ. Et hec duæ actiones: humanarū actionū seriē, tempore præcellunt & ad diuinū actū referuntur. Prima quippe actio humanæ speciei actū hoc est virū. Secunda vero eiusdem potentiam id est mulieris: ad esse cōstituit. Tertia autē actio quē est prima cōgressio actus & potentie viri & mulieris: inītium est & prima humanarum generationum, ex qua Cain naturali ordine pdisse testamur. Humanarum igitur generationū series: in nativitate Cain est primitus inchoata.

98 Quo pacto se habet adiuvicē hec tres actiones: qua Adæ: qua Euæ & qua Cain in esse prodierunt?

Pfima quē est Adæ origo simplex creatio nūcupatur. Facta e substantia penitus dissimili, hoc est e limo terrenū. Secunda vero quē est ortus Euæ: quemdam prioris actionis est propagatio: e simili sub-

# Fo. XX.

stantia, consimilem: sed in naturali modo producens atq; eliciens. Tertia vero qua Cain ex Adæ & Euæ pdisse: nec simplex ratio nec in naturalis propagatio, sed naturalis generatio appellatur. Est enim hēc, prima extremog; humanae speciei con gressio.

Cur hæ tres actiones: patiente & fine q; actu sunt differentiores?

Quia in prima patiens est limus terrenū: in secunda patiens Adam, in tertia, patiens mulier. Finis item primæ actionis Adam, secundæ finis Euæ. Tertiæ vero finis Cain. Nam finis cuiusvis actionis est id: quod ex ea actione supereft atq; profertur. At primæ & secundæ actionis idem est agēs scilicet diuinus actus: author utriusq;: qui & creauit Adam & produxit Euam. Tertiæ vero actiōis est Adam: qui ex Euæ Cain progeuuit. Nam tertia actio: haud proprie ad diuinū referatur actum.

100 Quo pacto tria prima humana supposita: lucide diuinās tres personas exprimere videantur?

Nam Adam prima humani generis persona, partem personæ comparatur. Euæ filio, Cain spiritui sancto. Adam homo est, ex homine nullo. Euæ vero, homo ex homine uno. Cain autem homo ex hominibus. Etenim omnis diuinus interior processus: aut motu viuiss in unum, aut motu duorum in unū explicatur. Omnis quoq; humana progressio, ab Adam prima humani generis persona, sumens inītium: duplē tantū actio nē hoc est pductionē & gñationē inuoluit. Nā pductio, Euæ ex Adæ eduxit. Generatio vero: cū etis dñceps hominibus, ex vtroq; ortū dedit.

## Theologicarum questionum

Tertii Libri Finis:  
Anno domini.

1512.28.  
decēbris,

C iiiii